In anegenge was ein wort. daz wort was mit got. got was
daz wort. vnd was in anegenge mit got. von im sint allív
dinch gemachet an in ist gemachet nicht. swaz mit im
ist gemachet. daz ist daz ewige leben. daz ewige leben ist
ein liecht den livten. daz liecht daz livchtet in der vinster
div vinster mach sein nicht begreiffen. Ein mennisch
wart gesant von gote des name was Johannes. der chom
zů einer gezivchnüsse daz er gezivch were des liechtes
er was nicht daz liecht niwer daz er gezivch were des
liechtes. daz ware liecht ist daz. daz ein iegleichen men-
nisch erlivchtet der in disiv welt bechumt. er cham in
div welt. div welt erchant sein nicht. er in sein aigen
lant die seinen enpfiengen sein nicht aver die in da
enpfiengen den gab er den gewalt daz si gotes chint
wůrden. vnd die an seinen namen gelaupten die warn
nicht geworn von wollüste des plůtes noch von wol
lüste des vlaisches wan sunder von gote. daz wort
ist ze vlaische worden. vnd wont in vns wir haben
sein ere gesehen als eines ainworn sunes wie den sein
vater eret voller genaden vnd voller warheit. durch
disiv rede des hailgen ewangelii vergebe vns vnser
herre alle vnser missetat. amen

O comes amoris dolor cuius mala male dolor an
ha bes reme dium. Vrit amor me nec mirum quia
predilecta ditium cuocat exi cium. Cuius laus est
singularis. pro qua non animis sed paris hele ne consor-
ti-ti um. Sed quid queror me re motum illi esse
que devotum me fastidit hominem. Cuius nomen
tam ue rendum quod nec michi presu mendum
e ut eam nomi-ni nem. Obquam causam mei ma
li me fre quenter multi tali respi cat quod ne
mi-ni nem. Ergo solus solam amo cuius
captus sum ab hamo nec in cem recap cat
Qua me nutrit uallis quedam qua ut paradisum
credam in qua pius collocat Hanc ecce atque ecce
aturam multi clarum mente puram qua cor meum
i uocat. Hec est uallis insig nita uallis rosis re
dimita uallis flos conualli um. Inter ualles
una qua col laudat sol et luna et dulcis cantus
aui um. te ait laudat filomena uallis dulcis
et amena uallis dans solacium

Mundus finem properans vergit ad occasum. Omnis compaternitas retro vertit nasum. celeste sacrarium sic minatur casum quasi cum novacula fundo sit abrasum.

Dolor se multiplicat. ut parturientis. sevit inedia pena morientis. non est qui respiciat lacrimas plangentis. set manus invaluit iacula mittentis.

Antichristus nuntios plurimos premisit. set in Christi milites acies divisit. quibus arma bellica plurima commisit. renovare cupiens demon quod amisit.

Instituta primitus patrum floruerunt. qui carnis et sanguinis curam non egerunt sine mundo vivere semper studuerunt. talibus perpetua regna meruerunt.

Benedicti regula fuit primitiva. placuit preceteris quia fuit dura. prima constantissima set nunc est peritura. eminebat ceteris et compositura.

Abhac derivatus est ordo griseorum qui dat elemosinam et frequentat chorum sudat et inflectitur studio laborum unde sperat fieri consors angelorum.

Clericorum regulam pater augustinus ornavit sollempniter post hunc norbertinus ordinem instituit paulo plus non minus. has qui servat regulas deo fit vicinus.

Heu nostris temporibus emersit dolosa novitas ut ululat undique famosa


ista plebem sequitur turba copiosa· sperans indulgentia
frui spaciosa· Hos quos nouos nomino sunt fratres
minores et maiores sitiunt nummos et honores· deus
qualis nouitas et quales sunt mores· Sorores sic cre-
dite: sunt magdalite· fratres pro opere dicuntur paulite
sed opinor ueri sunt ysmahelite· botrus non colligitur
dulcis ab hac uite· Erant a principio quasi nil
habentes, modo uiuunt omnia tamquam possidentes·
raro sunt in cellulis semper sunt currentes, quamuis
multa habeant tamen sunt egentes· Castra solent
querere, claustra deuitare· domos querunt di-
uitum sciunt bene quare· uesci uolunt pinguibus
et uinum potare contempnunt cum monachis olus
manducare· Audite dilectissimi magnum de-
trimentum arbitror a fratribus nefas sit inuentum·
indulgent pro prandio dies bene centum· pro quibus
ipsi colligunt aurum et argentum Diuites recipiunt
in confessione clericis preiudicant sine ratione
fremunt et concutiunt mira torsione· ~~dne~~ tua du-
uis iudica deus ultione· Propter laudes hominum
predicant in foro et cum sacerdotibus raro sunt in choro.
quosque unxit dominus contradicunt choro· confun-
dantur acius illud supplex oro·

modo superue-
niunt etiam soro-
res

Deus largus in naturis. cuncta dedit creaturis. sua ... [illegible]
Ignis. aer. terra. mare: consueuerunt nobis dare. largitatem colere.
Sit auari cista fracta. cuius manus est contracta. que dare noluit.
Et ... bursa dirumpatur. et in igne comburatur. nulli namque profuit.
Parcus dictus a parcendo. quia parcit sed arcendo. si cum rebus parcitur.
Parcis rebus omni parcere. et parcimur se non arce. parcus sic mentitur.
Monstruosa res auare. scias quod sit non donare. dignum anathematizare.
Monstruosa res est quidem. ... est per hunc fidem. quam sepe baptismare.
Sicut paulus attestatur. auaritia uocatur. ydolorum seruitus.
Hic auarus reprobatur. nec in celis collocatur. quia totus perditus.

Hec nobilis uenabit maria, amicabilis comes uelis in uia mentes erige cursum dirige
per hec mundi mentes corrige tuo remige lux superna nos guberna per hec maria. Et ... post dominum
celi agmina magistra uirgo uirginum lucis luminum ministra cor illuminans et eliminans quod uera
fons rebrians stella radians super astra celi castra nobis reserans. pulchra facie celi glorie regina
nobis hodie potum gratie propina potens omnium infidelium uim exterminans Christo credentium munda
prelum mundus clara munda cara munda sancta. Odas assumus et te querimus deuote. Aue
uolumus sed non possumus sine te sola sufficis simus respicias in hoc orantes nobis deneces nunc
laudes nunc dilecta custos esto plebis subdite. Fortis anchora nostra corpora dispone nostra peccata
nostra corpora spone nostra omnia sine salacia mater uirgine plena gratia dele uitia tuis ...
nobis amen indiscrimine.

Xpi sponsa katherina uirgo martyr et regina rosa florens fragrans inter lilia
te collaudant angelorum milia. Gaude uirgo costi regis filia per te signa fiunt
mirabilia. Que conuincit oratores disputantes et rethores obstinatos plures a
maxentio baptizari suadet cum phorphirio. Gaude uirgo costi regis filia.
Ex ipsius tumba manat riuus qui languentes sanat oleum refudat eius
tumulo per quod salus datur omni populo. Gaude uirgo costi regis filia.



Ludus breuiter de passione. primo inchoatur ita.
Quando dominus cum discipulis suis procedere vult ad locum
deputatum ubi mandatum debet esse. et in processu di-
cant apostoli ad dominum. Ubi vis paremus tibi comedere pascha.
Et dominus respondet. Ite in civitatem ad quendam et dicite ei.
Magister dicit: tempus meum prope est apud te facio pascha cum
discipulis meis. Et in deputato loco faciant [illegible] mensam
parari cum mensale cum pane et vino. Et dominus discumbat
cum xii apostolis suis et cenantibus illis dicat. Amen dico vobis.
quia unus vestrum me traditurus est in hac nocte. Et unusquisque pro
se respondeat. Numquid ego sum domine. Et dominus respondet. Qui intingit
mecum manum in parapside hic me tradet. filius quidem hominis
vadit sicut scriptum est de illo ve autem homini illi per quem filius hominis
tradetur. bonum erat illi si natus non fuisset homo ille. Respondet Iudas
numquid ego sum Rabbi. Et dominus dicat. Tu dixisti. Tunc
medio tempore vadat Iudas ad pontifices et ad iudeos. Et
dicat. Quid vultis michi dare et ego vobis eum tradam.
At illi constituant ei triginta argenteos. Et ista hora
accipiat dominus panem frangat benedicat et dicat. Accipite
et comedite hoc est corpus meum. Similiter et calicem. Et postquam
cenavit dominus dicat. Surgite eamus hinc ecce appropinquabit
qui me tradet. Et Iudas accedens ad Ihesum clamando dicat.
Ave Rabbi. Et osculando tradat eum. Tunc dominus dicat.
Amice ad quid venisti. Iudei et milites accedant ad dominum et
manus iaciant in eum. et teneant eum. Et ita ducant eum ad pilatum.
Tunc discipuli omnes relicto eo fugiant. ~~Et ducant eum ad pilatum~~

Planctus ante nescia plancitu lassor anxia crucior dolore. Orbat orbem radio me iudeam filio mentibus dulcore. Fili dulcor unice singulare gaudium matrem flentem respice conferens solacium. Mentem pectus lumina tua torquent vulnera que mater que femina tam felix tam misera. Flos florum dux morum venie venia. hinc ruit. hinc fluit unda cruoris. pro dolor hinc color effugit oris. O verum eloquium iusti symeonis quem promisit gladium sentio doloris. Gemitus suspiria lacrimeque foris vulneris indicia sunt interioris. Parcite proli. morte michi noli. tu qui tibi soli sola medeoris. Morte beate. separor a te. ut dum na te sic cruciaris. Que crimen que scelera gens proterva. virga. vincla. vulnera. sputa. clavos cetera sine culpa patitur. Nato queso parcite. matrem crucifigite. vel in crucis stipite nos simul affigite male solus moritur.

Et accusent eum coram eo in tribus causis et dicant.

Hic dixit. Possum destruere templum dei et post triduum reedificare illud. Secundo hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari cesari et dicentem se christum regem esse. tercio. Commovit populum docens per universam iudeam. et incipiens a galilea usque huc. Tunc pilatus R. Quid enim mali fecit. Dicant iudei. Si non esset malefactor non tibi tradidissemus eum. R. pilatus. Accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum. Ego nullam causam invenio in hoc homine. Vultis ergo dimittam regem iudeorum. Iudei clamando dicant. Non sed crucifigatur.

Et clamando magis dicat · Crucifige: crucifige eum
Et pilatus respondeat · Accipite eum uos et crucifigite: · Dicat iudei
Non. Nos legem habemus · et secundum legem debet mori · quia filium
dei se fecit · Respondeat pilatus · Regem uestrum crucifigam? · Et dicat pon
tifices · Regem non habemus nisi cesarem · Et pilatus accipiat
aquam et dicat · Mundus sum a sanguine huius iusti · vos uideritis ·
Et baiulent sibi crucem: et ducant eum ubi crucifigatur.
Unus ex militibus ueniat et lancea tangat latus eius · Et ipse
dominus in cruce alta uoce clamet · Ely ely lemasabactani ·
Deus deus meus ut · Et maria mater domini ueniat · et due alie marie
et iohannes · Et maria planctum faciat quantum melius potest
Et unus ex iudeis dicat · Si filius dei es descende nunc de cruce ·
Alter iudeus · Confidit in deo: liberet eum nunc si uult · Ter
tius · Alios saluos fecit se ipsum autem non potest saluum facere
Et dominus dicat · Consummatum est · Et in manus tuas commendo spiritum meum ·
Et inclinato capite emittat spiritum · Et ueniat ioseph ab
arimathia · et petat corpus ihesu · Et permittat pilatus · Et
ioseph honorifice sepeliat eum · Et ita inchoatur ludus
de resurrectione · Pontifices · O domine recte meminimus ·

abc
def

Incipit ludus immo exemplum Dominice resurrectionis.
Cantatis matutinis in die Pasche omnes persone ad ludum
disposite sint parate in loco speciali secundum suum modum et
procedant ad locum ubi sit sepulchrum. Primum ueniat Pilatus
et uxor sua cum magnis luminibus. militibus precedentibus. Assesso
ribus sequentibus. Deinde Pontificibus. et Iudeis. post hec ueniat
angeli. et Marie. et apostoli. Ingressus Pilatus. Primum cantent Pontifices.

O domine recte meminimus quod a turba sepe audiuimus seductorem
consuetum dicere post tres dies uolo resurgere. Pilatus

Sicut michi dictat discretio et astutia uestra cognitio michi crimen
nullas imponere de Iesu quem fecistis perdere. Pontifices. Vestra
uirtus et sapientia nobis ualde est necessaria seductores namque dis
cipuli machinantur ruinam populi. Uxor Pilati. Versutias horum
non faciat ut sepulchrum preses custodiat uestra namque perpendat
gloria quanta passa fui per sompnia. Assessores. Militibus
ergo precipias custodire noctis uigilias. ne furentur a discipulis
et dicant plebi surrexit a mortuis. Iudei stent ante Pilatum et cantent.

Audi preses nostras preces ne sis deses nobis debes hos prestare milites.
Ad sepulchrum ut defunctus obseruetur ne tollatur suis a discipulis.

Respondet Pilatus. Ecce habetis custodum copiam custodite noctis uigilias
ne furentur illum discipuli et dicant eum uiuere populo. Tunc Iudei
se uertant ad milites primo. Militibus damus pecuniam ut habeant semper

custodiam seductoris qui dixit temere post tres dies uolo resur-
gere. Milites petant pecuniam. Quid mercedis ob hoc habebi-
mus se custodes uestri manserimus ne tollant iesum discipuli.
et credant eum uiuere populi. Iudei ostendant illis pecuniam.
O uiri fortes uobis dabimus precium custodite sepulchrum. Deinde
exhibeant denarios in nummo. Nummos centum qui uis accipiat
uel talentum ut non decipiat sed custodes existant tumuli ne fu-
rentur illum discipuli. Demum in toto fine nummo.
Pecunia militibus habunde tradatur ne seductor perfidus furtim
auferatur. Tunc milites accepta pecunia euaginent enses et
uadant ad sepulchrum et circueant illud ordinate cantando
sint defensores. Deinde unusquisque militum suas uiglias solus si uelit.
Defensores erimus tumuli ne furentur illum discipuli et fallendo
dicant in populis resurrexit christus a mortuis. Primus Miles.
Non credimus iesum resurgere sed ne corpus quis possit tollere.
prouidemus per has uigilias schawe propter insidias. Secundus Miles
Non credimus ut quidquam conferat set ne corpus eius quis aufe-
rat custodimus noctis uigilias schawe propter insidias. Tercius Miles.
Schawe alumbe ne fures ueniant et corpus iesu furtim auferant.
custodimus noctis uigilias schawe propter insidias. Quartus Miles. Non
exigit humana ratio ut resurgat uiuus ex mortuo seductores ferunt
uersutias schawe propter insidias. Quintus Miles. Si mortuus posset re-

…canit | Surge victor rex glorie qui reparasti … [illegible]
…eli alleluia | et dimica pro … Ego dormivi qui sopitum cepi. Suscepit cum sceptro … [illegible]
…fulminante | et induat vestem oculam. VI

surgere potuisset perfecto vivere. quare tulit mortis angustias scelerate gentis insidias. Tunc veniat duo angeli unus ferens ensem flameum et vestem rubeam alter vero veste alba et crucem in manu. angelus autem ferens ensem percutiat unum ex militibus ad galeam et medio fiat tonitrua magna. et milites cadant quasi mortui.

Et angeli stantes ante sepulchrum et nuntient cantando quod surrexisse.

Alle — luia. Resurrexit victor ab inferis pastor ovem reportans humeris Alle — luia. Non divina tamen potentia est absorta carnis substantia ae — uia. Reformator ruine veteris causam egit humani generis ae — uia.

Tunc veniat Marie in querendo aromata. et cantet simul.

Aromata precio querimus corpus iesu ungere volumus. aromata sunt odorifera sepulture xpi memoria. Tunc apotecari audiens eas dicat. Huc propius flentes accedite et unguentum si vultis emere aliter nusquam portabitis vere quia est dolor vester. Item Marie. Dic tu nobis mercator iuvenis hoc ungentum si tu vendideris dic precium pro quanto dederis heu quantus est dolor noster. Apotecari. Dabo vobis ungenta optima salvatoris ungere vulnera sepulture eius [illegible] in memoriam et nomini eius ad gloriam. Uxor apotecarii tenet pixidem &c. Hoc ungentum si vultis emere auri talentum michi tradite aliter nusquam portabitis vere quantus sit dolor vester. Et sic emant aromata.

6

Apotec ostēd eis uia ad Sepulchrm

Hic est uera semita que recte non perdenda uos ducet ad ortū ibi cum ueneritis illum quem uos queritis uidebitis ihesum saluatorem uestrum. Marie ostensa uia uadunt ad Sepul. et can.

Set eamus et ad eius properemus tumulū si dileximus uiuentē diligamus mortuum. Marie lamentando cantet et uadit circa Sepul.

Heu nobis internas mentes quanti pulsant gemitus pro nostro consolatore quo priuamur misere quem crudelis iudeorum morti dedit populus. Jt cantet. Iam percusso ceu pastore oues errant misere sic magro discedente turbantur discipuli atq; nos absente eo dolor tenet nimius. Jt cant. Iam iam ecce iam properemus ad tumulum ungentes corpus sanctissimū. Vna sola cant. O deus. Alia sola cant. O deus. Tercia sola cant. O deus. Deinde sunt.

Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti. Jta uadat cust. ad Pilatū et pontific. et iudeos et nuntiet qd uiderit et audierit.

Visionem grauem sustulimus terribiles iuuenes uidimus et interremotu quem sensimus crucifixum surgere nouimus. Jt cant.

Nobis autem custodientibus et uigilias noctis seruantibus super uenit celestis nuntius qui et dixit surrexit dominus. Tunc Pontifices pecunia corrumpunt cust. muneribus ut taceant. Que refertis uerba supprimite hanc mercedem ob hoc suscipite et ne rumor in turba prodeat

Incipit exemplum apparicionis dni discipulis ...
Castellum Emaus. ubi illis apparuit in more peregrini
et tacite videns quid loquerentur et tractarent.
Surrexit xpc et illuxit populo suo quem redemit sanguine suo alleluia.
Iesus audiens se fingens peregrinum ad premissa ...
Qui sunt hii sermones quos confertis ad inuicem ambulantes et
estis tristes aevia. aevia. Discipuli Tu solus peregrinus in ierusa
lem et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus alleluia.
Christus ihc rx Que? Discipuli Nos loquimur de iesu naza
reno qui fuit uir potens in opere et sermone coram deo et omni
populo aevia aevia. Iesus dx O stulti et tardi ad credendum in his
que locuti sunt prophete aevia. Item iesus Nonne oportuit sic pati
xpm et intrare in gloriam suam aevia. Clerus Et coegerunt eum
dicentes Et discipuli inuitabant eum. Mane nobiscum
quoniam aduesperascit et inclinata est iam dies aevia aevia. Tunc
uadit cum discipulis et colloquatur de prophetis et petat com
mestione et in fractione panis cognoscatur ab eis. Tunc
euanescat iesus ab oculis eorum. Tunc discipuli cant.
Nonne cor nrm ardens erat in nobis aevia de iesu dum loque
retur nobis in uia aevia. Tunc iesus appareat discipulis
cum uexillo et cantet
Pax uobis ego sum aevia nolite timere aevia. Clerus cant.
Thomas qui dicitur didimus non erat cum eis quando uenit iesus
dixerunt alii discipuli uidimus dnm aevia. Tunc iesus monstret
manus et pedes et cantet Videte manus meas et pedes
meos quoniam ego ipse sum aevia. aevia. Tunc iterum euanes
cat iesus et discipuli cant. Xpc resurgens a mortuis iam

non moritur mors illi ultra non dominabitur. quod enim uiuit uiuit
deo a e ua. alleluia Tunc apostoli conferentes inter se
de ihu et dicunt thome Vidimus dominum alleluia. Thomas
r. illis Nisi mittam digitos meos in fixuras clauorum et ma
nus meas in latus suum eius non credam. Tunc appareat ihs
secundo et dicat discipulis Pax uobis ego sum etc. Et
clerus cantet Post dies octo ianuis clausis ingressus dns et dixit eis.
Tercio appareat Pax uobis etc. Tunc dicat ad thomam Mitte manum
tuam in locum et cognosce loca clauorum alleluia et noli esse incredulus sed
fidelis alleluia. Et thomas procidendo ad pedes dni cantet.
Dominus meus et deus meus alleluia. Jesus dicit Quia uidisti me
thoma credidisti beati qui non uiderunt et crediderunt alleluia.
Tunc apli simul cantent ymnum Jesu nostra redemptio etc.
Hoc finito producatur mater dni cum ea duo angeli por
tantes sceptra et cum ea maria iacobi et maria salome.
Egredimini et uidete filie syon regem salo
monem in dyademate quo coronauit eum mater sua in die de
sponsationis sue et in die leticie cordis eius alle luia alle
luia.
Vox turturis audita est in turribus ierusalem ueni amica
mea. Surge aquilo et ueni auster perfla ortum meum
et fluent aromata illius. [illegible]
[illegible] Mar. [illegible] Deo. [illegible] pulcra.